

qui hodie fidem catholicam et sedis apostolicae dignitatem adversus haereticos tuentur. Possum adferre plus quam viginti doctores et s. Theologiae in variis provinciis professores, qui hanc sententiam non solum sacrae Scripturae sanctisque Patribus magis conformem, sed etiam doctrinae et sensui S. Augustini magis consonam iudicant.

Tradidi eam Lovanii annos abhinc vigintiquinque magno multorum solatio et approbatione; et paulo post perstricta fuit acri Censura per Theologos Lovanienses et Duacenses. Verum controversia ad iudicium Sedis apostolicae anno tertio Sixti V. fel. record. a nobis relata, autoritate ejusdem sedis censura mox fuit abolita, et nobis copia nostrae doctrinae concessa, poena excommunicationis in eos, qui eam damnare auserint, proposita.<sup>1</sup> Ab eo tempore haec sententia his locis viguit, et quotannis defensa est magna approbatione, thesibus impressis; neque hic tantum, sed etiam per Germaniam et Galliam in plerisque universitatibus, saepius etiam in Italia et Hispania. Itaque metuendum non est, ne quis error hic subsit.

Quod ad recognitionem attinet, ea minime erat necessaria, nisi forte ut quaedam propter minus intelligentes magis explicarentur et confirmarentur. Haec putavi Sanctitati vestrae, supremo omnium fidei controversiarum iudici, humiliter insinuanda, ne existimet devotissimum suae dignitatis servum in faece alicujus doctrinae vel sententiae minus sanae inhaerere. Divina Bonitas Sanctitatem Vestram in plurimos annos Ecclesiae suae incolumem et florentem praestet, cujus benedictionem ad sacros pedes voto animoque prostratus humillime flagito.

Leonardus Lessius,  
Sanctitatis Vestrae devotissimus servus.  
Lovanii 25. Augusti 1611.

### Dogmengeschichtliches zum Feste der Immaculata Conceptio B. M. V.

Auf Seite 95 des laufenden Jahrganges der Römischen Quartalschrift wurde Urbans VIII. Breve vom 29. März 1624 von Kaiser Ferdinand II. mitgeteilt, worin der Papst es nicht als zeitgemäss erklärte, zu verkünden, dass die Gottesmutter ohne Erbsünde empfangen sei. Wir glauben nicht fehlzugehen, wenn wir damit die Nachricht in Zusammenhang bringen, auf die wir in der Histoire des Papes depuis S. Pierre jusq' a Benoît XIII. inclusivement. Tome cinquième. A la Haye. Chez Henri Scheurleer MDCCXXXIV p. 252 gestossen sind und welche besagt: (Urbain VIII.) disoit, qu' il ne croioit pas la conception immaculée comme Pape, mais qu' il la croioit cofine Maffée Barberin. Schnitzer.

<sup>1</sup> Näheres darüber bei E h s e s, Nuntiaturber. aus Deutschland. Kölner Nuntiatur Ed. 2. Siehe Einleitung S. XXVIII ff.